

Parochi confessione, tum ex aliis circumstantiis in actis contentis, eundem imputati sibi criminis reum esse, et graviter adeo deliquisse, ut privationis Beneficii parochialis, et ex hac tota Dioecesi perpetuae relegationis poenam promeruerit; ex speciali tamen gratia et mandato Celsissimi nostri et clementissimo exemplo Augustiss. Imperatricis viduae permoti, via mitiore incedere intendentes, decernimus, praefatum Parochum Fr. X. Hil. Mayer per hanc Nostram definitivam sententiam Beneficio suo parochiali in Sulzberg privandum, et ex locis, ditionibus ac partibus anterioris Austriae in hac Dioecesi sitis, relegandum, atque per quatuor Menses a prima Decembris nuperi computandos, ad Domum Discolorum, quorsum jam statim finita inquisitione abductus est, et in Expensis inquisitionis, salvo judiciali Nostro moderamine, condemnandum, nec non Parochianis in Sulzberg ad scriptam deprecationem, e cathedra promulgandam, obligandum fore et esse, prout illum, sicut praemittitur, privamus, relegamus, condemnamus et obligamus, Beneficium parochiale in Sulzberg ex nunc vacans declarantes Patronoque liberam facultatem, alium idoneum sacerdotem ad illud praesentandi concedentes, saepetatum sacerdotem Mayer vero paterne in Domino adhortantes, ut reatus suos probe agnoscendo deinceps ad meliorem frugem redire, vitamque legibus et spiritui Ecclesiae magis conformem instituere satagat. — Datum Constantiae 10. Januarii 1777, indict. X. — Deuring, G. Vic. — Unten steht noch Folgendes: «Praesens hoc Decretum promulgatum est a me Max. Linder, Presb. et Ep. Sem. Cooperatore in domo discol. die 14. Jan. coram testibus: Jos. Guilielm. Siber, Sem. Coop., Franc. X. Otto, Expraefecto»

Beim Lesen dieser Sentenz muß es auffallen, daß darin mit keiner Sylbe erwähnt wird, was für Verbrechen denn eigentlich der Pfarrer Mayer von Sulzberg begangen, wodurch er sich so schwerer Strafen, als Beraubung seines pfarrlichen Benefiziums, Verbannung aus Vorderösterreich, und viermonatlicher Haft im Gefängnisse der geistlichen Nebelthäter (Discoli) zu Mörsburg, nachdem er bereits zwei Jahre lang im Untersuchungs-Arrest gesessen, schuldig gemacht hat. Seine schriftliche Abbitte soll, wie